Paradoxa quaedam theologica Fratris Dominici Bañes primarii magistri facultatis theologicae in Salmanticensium academia de meritis iustorum

1.^m Paradoxum. Non retribuet Deus iustis in caelo tantam gloriam essentialem, quantam ipsi de condigno meruerunt suis bonis operibus, sed longe minorem.

2.^m Propter plura merita condigni, in quibus iustus perseuerat usque ad mortem, non dabitur maior gratia nec maior gloria essentialis in caelo, nec erit quis sanctior propter plura merita, quam propter pauciora eiusdem intensionis.

3.^m Multa merita iustorum manent irremunerata proprio, et speciali praemio eis debito absque noua ipsorum iustorum culpa.

4.^m Ex diuturna perseuerantia, et continuatione operis meritorii non crescit meritum, nec augebitur gratia, nec gloria essentialis in caelo, sed tantundem meretur, qui per unum solum instans diligit Deum atque ille, qui per plures horas, imo per totam uitam continuatione diligeret cum eadem intensione.

5.^m Qui post innumera peccata conuertitur ad Deum in articulo mortis per actum charitatis, ut decem, aeque sanctus, ac beatus erit, atque ille, qui per totam uitam mansit in gratia, et obseruauit mandata, multiplicando innumeros actus charitatis intensos ut decem.

6.^m Actus fidei, spei, religionis, paenitentiae, misericordiae, et aliarum uirtutum moralium a charitate imperati nullum specialem gradum gratiae uel gloriae essentialis merentur, praeter eum, qui correspondet actui charitatis per quem imperantur, nec propter illos dabitur maior gloria essentialis, quam alias daretur propter actum charitatis, ex quo imperantur.

7.^m Omnia bona opera aliarum uirtutum praeter charitatem sunt aequalia ad essentiam merendi uitam aeternam et augmentum gratiae, et gloriae essentialis.

8.^m Tanti meriti est apud Deum dare potum aquae pauperi, ac fundere sanguinem pro Christo, si utrumque opus procedat ex actu charitatis aeque intenso.

9.^m Similiter non erit ~~apud Deum~~ maioris meriti apud Deum uirginitas, quam ~~[illegible]~~ coniugium in ordine ad gloriam essentialem, nec uoluntaria paupertas, et professio status religionis erit maioris meriti respectu gloriae essentialis, quam opulenta, et saecularis uita et eadem ratione non erit magis meritorium credere, aut sperare in Deum, quam comedere propter ipsum caeteris paribus ex parte intensionis actus charitatis imperantis opera praedicta.

10.^m Mensura adaequata gloriae essentialis dandae iustis in praemium suorum operum erit unicus actus a charitate elicitus cum maiore intensione, quam alii omnes, pro reliquis uero bonis operibus tam elicitis quam imperatis a charitate, quae iustus habuit in tota uita nihil amplius dabitur gratiae uel gloriae essentialis, quam si non fuissent facta, sed solum esset factus ille unus actus intensior totius uitae.

Haec omnia concedit gratis author praedictus in publicis praelectionibus, et disputationibus, quoties se se offert occasio, nec potest ea negare, quia omnia continentur propriis fere terminis in eius commentariis super 1.^am 2.^ae S. Th. q. 24. ar. 6. dub. 2. 3. 4. et 5. et in scholiis ad relectionem uictoriae, quae ibi attexuit. Asserit n. in primis in illo dubio 2.º concl. 3.^a per actus remissos a charitate elicitos mereri iustum uere, et proprie, hoc est de condigno augmentum gratiae, et charitatis, atque adeo gloriae essentialis, et nihilominus subiungit statim in 4.^a concl. et quod si moriatur iustus cum illis meritis remissis antequam prorumpat in actum charitatis intensiorem, quam esset habitus praeexistens, non dabitur ei illud augmentum gratiae, et gloriae essentialis, quod sic meruerat, supponit quod quod in eo casu illa merita remissa manent irremunerata proprio, et speciali praemio eis debito ac promde supponit, quod non dabitur tunc illi iusto tota gloria, quam meruerat per illos actus remissos, sed longe minor, nec etiam dabitur tunc maior gloria propter plura illa merita remissa prout tria priora paradoxa ualent. His accedit, quod idem author

auctor in dubio 4º concl. 2ª et 4ª eadem m. loquitur de alijs bonis operibus a charit. imperatis, quo loqutus
fuerat de actibus remissis a charit. elicitis dicens omnia bona opera virtutum moralium, quae tam infusa
quam acquisitas facta ex actu charit. sive intenso sive remisso vere et proprie mereri augmentum
grae et gliae essentialis, sed numquam dandum esse tale augmentum nisi interveniat actus elicitus cha
ritatis cum maiori intensione, quam sit intensio habitus praeexistentis; adveniente autem illo suo actu
intensiori solum confert gra, et glia essentialis ~~per maiorem~~ [secundum] excessum intensionis illius actus supra habi
tum praeexistentem. Ita expresse docet ille, In dubio 4º illius articuli, atque adeo sm ipsum in nullo eventu
dabitur iusto aliquis gradus grae. l. gliae essentialis propter merita remissa, aut pro merita bonorum operum
quae ex imperio charitatis fiunt, sed omnia illa ~~eius~~ carebunt proprio, et speciali praemio gliae essen
tialis, nihil. n. amplius dabitur pro illis de gra. l. glia essentiali, quam daretur pro solo illo actu intensiori
licet nihil aliud egisset iustus. Ex quibus manifeste apparet istum auctorem in praedictis commentarijs
palam affirmare tria priora paradoxa, quae illi ascribimus. Sed expressius affirmat 4m in dubio 3º conc. 2ª
ubi apertis verbis profitetur, quod quantumcumque iustus continuet actum dilectionis divinae, ex chari
tate cum eadem intensione, cum qua coepit, non meretur maius augmentum grae, et charit. l. eius gliae essen
tialis, quam si per unicum tmi instans durasset in illo actu. De 5º autem paradoxo non est cur dubitetur
esse illius auctoris, nam illud satis aperte tradit in dubio 2. in solut. ad 5. et clarius dub. 3º et 5º, et paulo
post concl. 3. 6. columna 927. ubi inquit se id unum intendere quod quantumcumque iustus multiplicaverit bo
na opera meritoria, eaque continuaverit si tamen numquam habuerit actum charit. intensiorem ergo
Deum non recipiet intensius lumen gliae, quo magis, aut perfectius videat Deum, ac per consequens nec erit
beatior intensive, quod vero attinet ad 6m 7m 8n et 9m paradoxum procul dubio ea omnia sunt de mente istius
auctoris, ubi dubio 5º [paulo] post conclusionem 3ª ubi cum affirmasset per actus virtutum tam infusarum, quam
acquisitarum, a charit. imperatos mereri iustum ~~vere et proprie augmentum grae~~ [vere et proprie augmentum gratiae] et gliae essentialis
se ipsum explicans subiungit non esse intelligendum quod istis operibus debeatur maius praemium essentiale quam
actui charit. elicito, ex quo imperantur, censet. n. certissimum actus aliarum a charit. virtutum ex
propria ~~vi~~ [ratione] nullam habere rationem meriti respectu praemij essentialis sed solam charit. esse tota
lem, et adaequatam rationem meriti vitae aeternae, et augmenti illius, reliquas vero virtutes in hoc esse
aequales, quod ex nulla illarum sumitur ratio meriti, sic, modo unde in assertionibus quas hoc anno 589 publice
disputandas proposuit Salmanticae, et typis mandavit iste auctor semel atque iterum affirmat in suo
prius terminis non esse minoris meriti dare potum aquae pauperi pro Christo, quam fundere sanguinem
pro ipso cum aequali charit., et idem concessit inter disputandum de virginit., et coniugio, de statu
religionis, et vita saeculari, quod eadem procul [dubio] est ratio de omnibus et ita ipse de omnibus operibus aliarum
virtutum a charit. generaliter concessit esse aequalia in rone meriti respectu praemij essentialis. Vltimum
autem paradoxum adeo aperte traditur ab isto auctore in toto discursu illius articuli, et in scholijs ibidem
additis ad rebellionem memoriae, ut non opus fuerit specialem locum designare, inquo illud affirmet, eo. n.
tendit universa eius doctrina in illo art., ut ostendat charit. non augeri nisi per proprium actum
intensiorem, et quod gra, et glia essentialis ex reliquis operibus non augetur nisi quantum charitas ipsa
fuerit augmentata ~

¶ Censura praefata sententiae ~

In universum loquendo ista doctrina est male sonans, et piarum aurium offensiva, detrahit. n.
plurimum bonis operibus, et meritis iustorum, accedit quae proxime ad modum loquendi haereticorum
nostri temporis, qui hostes sunt acerrimi bonorum operum, sicut. n. illi adimunt cunctis nostris operibus
fructum vitae aeternae negantes omne meritum illorum in ord. ad augmentum gratiae et gliae essentia
lis ita etiam iste auctor adimit fructum specialis augmenti [grae] et gloriae essentialis omnibus operibus nostris
unico excepto dumtaxat actu intensiori charitatis, qui et ipsum est tota glia essentialis, quae danda e
in praemium bonorum operum commensurabitur actui charitatis intensiori totius vitae, ita quod non erit
maior quam illi soli actui debeatur etiam si nullum aliud opus bonum factum esset a viro iusto, manent igitur
omnia alia bona opera privata proprio, et speciali fructu gloriae, et in ordine ad sanctificationem, et glorificationem
essentialem iusti perinde se habent ac si non essent. Unde iure dicere possumus hunc auctorem unico solo
actu intensiori charit. distare ab haereticis lutheranis, nam quantum ad omnes alios actus bonos libenter
eis concedit quod non habebunt fructum specialem grae. l. gloriae essentialis praeter eum qui sine illis

habereetur

Sanceretur pro solo illo actu intensiori, quae tamen sola ratio ubi nulla esset alia sufficiens
deberet ad reprobandam et penitus eliminandam praedictam sententiam, et a Ver-
naculis ecclesiae, ne scilicet coincidere videamur cum Sacrilegis, in isto modo loquendi. Sed
accedit alia non debilior ratio ob quam damnanda prorsus apparet vniuersa doc-
trina, quod scilicet retrahit fideles a bonis operibus, cum enim omnes suapte natura incli-
nemur ad retributionem, et propter illam operemur, sublata spe retributionis specialis
gloriae essentialis dandae pro bonis operibus, vix erit qui velit bene operari, sed secundum auctorem istum
non est sperandus proprius et specialis gradus gloriae pro actibus remissis charitatis, nec pro
actibus aliarum virtutum ex charitate factis, sed tantum pro actu feruentiori siue intensiori quod
timendum est si fideles semel persuaserint sibi hanc sententiam ne contemnant bene
operari quamdiu senserint se tepidos et parum feruentes, prout regulariter accidit.
Si mortui non resurgunt (ait Apostolus 1ª Cor. 15) quid mihi prodest ad bestias pugnasse
Ephesi? manducemus et bibamus, cras enim moriemur, similiter dicere poterit quilibet fidelis
si ex actibus remissis et aliis bonis operibus non debeo reportare specialem fructum gratiae
et gloriae essentialis, quid mihi prodest his operibus incumbere, satius erit manducare
et bibere, quousque adueniat feruor quo possim intensius operari. Nec obstat dicere his
operibus crescere gloriam accidentalem, ea enim gloria longe inferior est quam ut nos mo-
uere possit ad bene operandum prout mouet spes maioris gloriae essentialis.

Adhaec, sententia istius auctoris fauet etiam plurimum Iouiniani sacrilegi, qui nihil discernebat
inter merita bonorum, sed omnia bona merita dicebat aequalia sicut, et praemia aeternae
beatitudinis. Quod enim ille affirmabat generaliter de omnibus meritis, et praemiis id iste
noster auctor affirmat de meritis omnium bonorum operum ex eodem actu charitatis. Et
sicut ille non discernebat gloriam essentialem beatorum ex varia operum qualitate,
ita nec iste illam discernit ex qualitate seu genere operum sed tantum ex minori
vel maiori intensione vnius actus charitatis.

Haec vniuersa dicta sint de praedicta doctrina. Ad particularia vero eius dogmata seu
paradoxa descendentes, tria praecipua intolerabilem mihi videntur continere errorem contra
fidem. 1. quod ex sacris litteris constat manifeste Deum redditurum vnicuique mercedem secundum
merita, siue secundum opera ipsius, quod error est sacris litteris directe repugnans asserere, quod non
dabit nobis tantam gloriam essentialem, quantam meruimus de condigno, quod pluribus
meritis non correspondet maior gloria essentialis, quam vni eiusdem intensionis, et quod multa
maneant irremunerata. Aiunt ps. 61. tu reddes vnicuique iuxta opera sua, quae verba
ipsius Christi ore confirmantur Math. 16. et ab Apostolo etiam repetuntur ad Rom. 2. quibus
consonat quod Eccli. 16 dicitur, faciet vnicuique locum secundum meritum operum suorum. 1ª Cor. 3.
vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, et 2. Cor. 5. omnes nos
manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque propria corporis prout
ut gessit siue bonum, siue malum, propriam inquam mercedem, et propria corporis,
hoc est mercedem proportionatam meritis, si meritum fuerit magnum, magnam etiam
habebit mercedem, si paruum paruam, nullum meritum quantumcumque paruum
quod mercede sibi condigna careat, si is qui illud operatus est in gratia permanserit vsque
ad finem vitae. Confirmatur hoc ex eo quod idem Christus dominus dixit Math. 7. vestri capilli capitis
omnes numerati sunt, hoc est, omnes operationes vestrae, omnesque cogitationes bonae quan-
tumcumque leues quasi capilli appareant sunt numeratae apud Deum ut eas de-
bita mercede donet in die iudicii. Ita fere explicat hunc locum B. Ambros. lib. 7. in Lucam
in prologo dicens his verbis insinuari quod Deus est nostrorum bonorum operum perspicax testis, ut
remuneratus donet aeterna gloriae, cui consonat, quod Christus subiungit eo in loco, quicumque
dederit potum aquae frigidae vni ex minimis istis tantum in nomine discipuli, amen
dico vobis non perdet mercedem suam, ponderandum illud, tantum in nomine dis-
cipuli, seu ut ait Marcus, c. 9. in nomine meo, quasi dicat id solum requiritur, quod
opus illud fiat propter me, hoc est propter Deum ex charitate, ut non perdat condignam
mercedem, temere vero addit iste auctor praeter hoc etiam requiri quod fiat opus cum ma-
iori intensione charitatis, et quod factum cum minori, seu aequali perdet mercedem augmenti

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

augmenti grãe, et gliæ essentialis, q̃ meruerat. Confirmatur præt. hoc ipm ex eo q. B. Paulus ait
2. Corin. 4. id q. momentaneum est et leue tribulationis nrã supra modum in sublimitate æternum
gliæ pondus operatur in nobis, et c. 9. eiusdem epliæ, qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat
in benedictionibus, de benedictionibus et metet, id est, qui remisse, et tepide operatur non colliget tan
tum fructum gliæ sicut ille, qui intense operatur, colliget tn. s. paruum suo operi proportionatum q.
nullum est opus bonum ex charitate factum, etsi momentaneum, et leuissimum sit, q. non producat
ex se pondus aliquod æternæ gliæ, gradus quippe gliæ sm pondus, et mensuram ~~datam~~ meritorum dabuntur
electis, huc etiã pertinet illud ad Galat. 6. quæ seminauerit homo, hæc et metet, in his n. et similibus
locis per semen intelligitur eleemosyna, et aliud quodcumque opus studiosum ex charitate factum iuxta expo
sitionem B. Chrysostomi et aliorum patrum commr, ac proinde sentit Apostolus q. sicut in rebus naturalibus fructus
solent respondere seminibus in quantitate, et qualitate, ita etiã in supernalibus fructus gliæ corespondet meritis
operum bonorum. vnde eleganter Diuus Hieronimus lib. 2. aduersus Iouinia. cum adduxisset præmissa verba
Pauli, qui parce seminat, parce et metet, subdit, cum vnusquisque gradus sit in mensura et numero diuini
quasi dicat non solum ex intensione charitatis, qua fit eleemosina, sed etiã ex magnitudine, et multitudine eleemosinarum
pensandum est meritum misericordiæ &c.

2m principale probatur idem ex Concilio Tridentino. Sess. 6. c. 10 ubi definitur iustos per obseruationem man
datorum Dei et ecclesiæ, et per alia bona opera ex fide, et charitate facta crescere in iustitia hoc est in ipsa charitate
et gratia, hanc n. uocat Concilium iustitiam, et eam formalem nrã iustificationis ut patet ibidem c. 7 cum q. ad obser
uationem mandatorum non sit necessarium non sit necessarium operari ex intensiori charitate manifeste con
sequitur absque huiusmodi maiori intensione actus posse iustum crescere in gratia et charitate sm sacrum
Concilium, per hoc solum q. operatur bene ex imperio charitatis siue remisso, siue intenso. Conf. q. in
eadem sessione c. 16 aperte declaratur ad hoc q. iusti suis bonis operibus uere mereantur uitam æternam
nil aliud esse necessarium quam operari ex influxu gratiæ, et meritorum Christi mediante scilicet fide
et charitate, temerarium igitur ~~et~~ plane ~~[illegible]~~ erroneum est dicere non satis esse ad promerendam
uitam æternam ipsumque consequendum operari ex charitate, sed insuper requiri, ut operatio fiat
~~ut operatio fiat~~ ex intensiori motu charitatis; accedit q. ibidem canone 24 absolute definitur per bona
opera in Deo facta augeri iustitiam, et in cano. 26. definitur etiã pro huiusmodi bonis operibus in Deo
factis sperandam esse nobis æternam retributionem, si bene agendo, et diuina mandata custodiendo
perseuerauerimus usque in finem, et canone 32. rursum definitur iustum suis bonis operibus, quæ
ab eo per Dei gratiam fiunt promereri uere augmentum gratiæ, et gliæ, et ipsius consequutionem, si in gratia
decesserit, nusquam vero Concilium exigit maiorem illam intensionem charitatis ad meritum bonorum
operum neque ad actualem consequutionem præmii, nulla igitur probabilitate defendi, aut dici potest, q. per
opera ex charitate facta sine maiori illa intensione non meretur iustus. s. certe non consequetur
maiorem gratiam, et gliam essentialem, etiã si in gratia decedat, cum n. Concilium expresse definierit per
talia opera augeri iustitiam seu gratiam, et consequenter augendam esse gliam essentialem si
operans decedat in gratia, error est aperte fide hoc augmentum gratiæ, et gliæ essentialis denegare
sanctis illis operibus &c.

3m probatur hoc ipsum ex communi traditione sanctorum Patrum, omnes n. ubicumque docent mercedem æternæ
gloriæ commensurandam esse meritis, tanto que meliorem, Deo gratiorem, beatiorem que fore unum
quemque sanctum in cælo quanto in hac vita magis laborauerit in Dei obsequiis, et plura merita
fuerit. Hinc B. Gregorius lib. 4. moral. c. 42. quo hic alius alium merito superat, illic alius alium re
tributione transcendet et loquitur procul dubio de retributione gliæ essentialis ut ex antecedentibus, et subsequen
tibus euidenter constat et lib. 19 mor. c. 21. qui æternæ retributionis bona cogitat necesse est ut ad omnis
se causam sequuturæ mercedis extendat, uocat autem eam sequuturæ mercedis, quæcumque opus bonum
siue maius, siue minus ut ipse statim manifeste declarat. Idem sibi vult B. Hiero. super Ezech. 7. cum
dicens tam præmia, quam supplicia æterna conferenda sm mensuram meritorum, et latius lib. 2.
aduersus Iouinia. hoc ipm prosequitur dicens sm inæqualitatem meritorum futuram esse inæqualem
gliam in beatis. quibus accedit B. Ambro. ubi s. et lib. 2. de uocatione gentium. c. 10. prope finem dicens per
laborem operationum, per instantiam supplicationum, per exercitia uirtutum fiunt incrementa meritorum
et qui bona gesserint sm sua merita coronantur. accedit Aug. lib. de sta virginitate c. 26. 27. et 44. et serm.
99 de verbis dni ac alibi sæpe. accedunt etiã omnes sancti patres, atque theologi dicentes quolibet actu cha
ritatis

charitatis suis actibus suis imperato mereri iustum de condigno augmentum gratiae et gloriae essentialis, et quod tale augmentum dabitur infallibiliter iusto qui illud meruerit si perseveraverit in gratia ut ex doctrina S. Th. habetur clare. 1a 2ae q. 114 ar. 8. et 2a 2ae q. 24 ar. 6. et quamvis adversarius contendat illum ad suam trahere sententiam Divi Princeps Thomistarum Capreolus acerrimus defensor doctrinae S. Thomae de in 1o d. 17 q. 2 ar. 1o ad 2. Arguto 3i 3ae et 4i conclusionis et in 4o d. 14 q. 2 ar. 3 ad 1 Scoti 2o 2am contra dicit expresse quod sm. S. Th. pro quolibet actu charitatis quantumvis remisso dabitur in caelo novus, et specialis gradus gratiae et gloriae essentialis et quod per multiplicationem talium actuum crescat ipsa gratia et gloria essentialis licet non supervenerit actus intensior, eodem modo intellexerunt Sanctum Thomam Victoria, Soto, Cano, et universi recentiores in suis lecturis super D. Th. locis citatis, neque id tradunt tamquam rem dubiam in opinione positam sed tamquam rem certissimam de qua non liceat salva fide dubitare. Unde Victoria in illa relectione de augmento charitatis n. 11. cum statuisset et votum conclusionis quod per quemlibet actum charitatis quantumvis remissum meretur quis et habebit maiorem gloriam. subiungit, nullo modo dubito de hac propositione quae expresse et sacris litteris habemus, et Frater Didacus a sancto Mayor primariae cathedrae Magister in Salmanticensi academia in lectura sua super 2a 2ae S. th. q. 24 ar. 6. damnat tamquam erroneum in fide dicere quod non habebit quis maiorem gloriam essentialem pro unoquoque bono opere etiam minimo ex charitate facto quantumvis remisse, et eodem modo loquitur Frater Ioannes de la Peña Vespertinae cathedrae Magister in eiusdem in eadem academia, quos alii recentiores coetus sequuti sunt, et novissime, eidem sententiae subscribit Ledesma Magister Tumes in commentariis in 1 p. q. 95 ar. 4. cumque sint praedicti auctores sit contra communem theologorum, et contra communem modum loquendi sanctorum Patrum non potest non censeri temeraria, imo et plane erronea ~

4. Arguitur contra eandem sententiam evidenti ratione quia meritum de condigno includit intrinsece debitum iustitiae, fundatum in promissione, et pacto Dei, et in ipsa perfectione operis, quatenus procedit motione Spiritus sancti ordinantis illud ad vitam aeternam ut egregie docet S. th. 1a 2ae q. 114 ar. 1. et sequentibus et colligitur clare ex D. Pau. 2. ad Timo. 4. reposita est mihi corona iustitiae, et ad Heb. 6. non est iniustus Deus, ut obliviscatur operis vestri, et ex Concilio Arausicano cano. 18. ubi dicitur, quod debetur merces bonis operibus ex gratia factis, sed quodlibet actus remissus charitatis et quodlibet aliud opus bonum ex charitate factum meretur augmentum gratiae, et gloriae essentialis de condigno, ut praedicti auctores fatentur, et Concilio Trid. ubi s. clarissime habetur nulla ratione negari potest deberi ex iustitia tale augmentum pro huiusmodi operibus sm. promissionem et pactum Dei, ac proinde dicere quod de facto non dabitur illud augmentum prout ille dicit, est dicere quod non servat Deus legem iustitiae ab ipso constitutam nec adimplet promissionem, et pactum suum hoc autem est impium dictu, contra infinitam iustitiam, et fidelitatem Dei, de quo Pau. asserit 2. ad Tim. 2. fidelis manet, negare se ipsum non potest, et ad Heb. 6. non est iniustus Deus, damnanda igitur est illa sententia tamquam impia contra divinam maiestatem. Confirmatur quia Deus promior est ad praemiandum quam ad puniendum et sicut nullum malum relinquit impunitum ita et multo magis nullum bonum relinquit irremuneratum iuxta communem eloquium theologorum, sed certissimum est sm. fidem pro qualibet culpa etiam levissima augeri poenam inferni iuxta illud deutero. 25. pro mensura delicti, erit, et plagarum modus, et apoc. 18. quantum glorificavit se, et in deliciis fuit, tantum date ei luctum et tormentum, ergo eadem certitudine fidei credendum est pro quolibet opere bono ex charitate facto etiam minimo, et remisso augeri gloriam essentialem, ac proinde pluribus meritis maiorem correspondere gloriam huiusmodi. Haec de tribus prioribus paradoxis dicta sufficiant, et sufficere etiam possent contra reliqua, quae ex dictis abunde refelluntur, et damnantur, sed ut plenius appareat veritas sigillatim refutemus alia

De quarto paradoxo ~

Quartum igitur paradoxum aeque improbabile est ac praecedentia, unde breviter arguitur contra illud quoniam in sacris litteris summopere commendatur perseverantia in bono opere et diuturna continuatio illius Sustine (inquit ecclesiastes c. 2), sustentationes Dei, coniungere Deo, et sustine, ut crescat in novissimo vita tua pro quo graeca habent, conglutinare illi, et ne discedas ut augearis in novissimis tuis, ubi clare promittitur augmentum vitae gratiae, et gloriae, ob sustinentiam, seu permanentiam continuatam in dilectione Dei adversus tribulationes, et tentationes inturgescentes unde et Christus Dominus, luc. 22. laudat discipulos eo quod secum permanserint in tentationibus, et eadem causa promittit illis regnum caeleste, et D. Iacobus c. 1. qui permanserit (inquit) in lege perfectae libertatis, hic beatus

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE

in facto suo erit et c. 5. ecce beatificamus eos qui sustinuerunt, sufferentiam Job audistis, et finem dni vidistis, q non q pt negari continuationem istam hic e spetialem rat. laudis atque adeo meriti, ratio n. laudabilis, et meritorij se multum consequuntur in actibus humanis, ut constat ex sth. 1. 2. q 21 ar. 1 et 2. Conf. qu continuare diu bonum opus habet spetialem difficult.em et laborem, sed qui plus laborat pro Deo, et uita aeterna meretur magis apud Deum, et est dignus maiori glia x.a illud Greg. 6 mor. c. 7. laborem boni operis glia seq.r retributionis + sa et B. Ambr. lib. 2 de uoc.e gentium c. 10. per laborem operationum fiunt incrementa meritorum, q. Conf. p. q meritum durans longiori tempore est maius sm durat.em q sm iustitiam debetur sibi maior merces seu praemium, q conseq.a q ut optime dixit Hieron. lib. 2. aduersus Jouinianum non est iniustus Deus, ut dispar meritum aequali mercede compenset.

De 5.o paradoxo

Sent.a huius paradoxi eadem fere est cum sent.a trium prior., et ideo eisdem testimonijs, et rationibus refellitur, quibus tria illa refutata sunt, si n. dici non pt salua fide non dari maiorem gliam essentialem ~~[illegible]~~ ppr plura merita aut dari minorem gliam quam quis meruerit, nec etiam dici poterit, q ille qui pluribus se actibus meritorijs per totam uitam non habebit maiorem gloriam essentialem, quam ille, qui post innumera peccata fecit unum solum actum meritorium in fine uitae aeque intensum cum supremo actu prioris, sed arguitur ad hoc spetialiter contra 5.m paradoxum, q scripturae, et sancti admonent passim, ne differamus conuerti ad dominum, et una ex potissimis rationibus huius admonitionis est q illi, qui longiori tpe seruiunt Deo, maiori mercede uitae uitae aeternae digni sunt caeteris paribus, id aperte insinuat B. Ambrosius lib. 7. in Lucam circa illa verba lucae 15 homo quidam habuit duos filios, et Aug. ser. 59 de verbis dni exponentes n. parabolam operariorum, dicunt sancti ibi patres q illi qui citius ueniunt ad laborandum in uinea dni per se loquendo, et caeteris paribus habebunt gratiam et gloriam ampliorem apud Deum, et eodem m.o loquuntur reliqui expositores sacri super Math. 20 ubi illa parabola de operarijs recensetur. Nec obstat q ibi dicitur omnes operarios eundem recepisse denarium, per hoc n. tm denotatur gliam omnium beatorum esse aequalem durat.e, et de eodem obo beatifico q est Deus, diuersimode tn et inaequaliter participato ut egregie B. Aug. loco citato cum B. Chrys. et reliquis Patribus sup. Math.

De sexto paradoxo

In hoc paradoxo, et sequentibus, alius error inuehitur longe diuersus a praecedentibus, sed non minor forte quam illi. Praecipuus error praecedentium paradoxorum in eo potissimum consistit, q negatur meritis gradus gliae quos meruerat de condigno, sed in his quae sequuntur ipsa ratio meriti negatur omnibus alijs uirtutibus a charitate distinctis, existimat n. author horum paradoxorum meritum uitae aeternae totaliter et adaequate prouenire ex sola charit.e, nullatenus u.o ex alijs uirtutibus, sed oppositum huius docet aperte sth. 1. 2. q 114 ar. 5. ubi expresse dicit gratiam esse principium merendi uitam aeternam non solum per charitatem sed etiam per alias uirtutes, principaliter quidem per charitatem, sed minus principaliter et secundario per alias etiam uirtutes unde in solut.e ad 2.m subiungit meritum uitae aeternae augeri ex magnitudine laboris quam habet opus de se ex proprio genere et obo sm praestantiam, et excellentiam uirtutis, a qua tale opus elicitur, et in solut.e ad 3. magis in speciali docet actum fidei per dilectionem operantis esse meritorium uitae aeternae ex propria ratione ipsius fidei, et idem dicit de actu patientiae, fortitudinis, et aliarum uirtutum. Sane eandem doctrinam repetit 2. 2. q 182 ar. 2. et alias saepe dicens semper meritum gliae essentialis et augmentum ipsius conuenire nris operibus, non tm q plenius procedunt ex charit.e sed etiam secundario et minus principaliter q plenius procedunt ex alijs uirtutibus, sicut n. perfectio fructus materialis non tm pensatur ex radice arboris sed etiam ex ramis quibus mediantibus deriuatur uirtus radicis ad fructum et per ramum meliorem prodit fructus melior, ita etiam fructus meriti gliae essentialis non solum pensari debet ex radice charit.is sed etiam ex ramis aliarum uirtutum, quibus mediantibus fructificat charitas, et quo excellentior fuerit uirtus per quam ipsa charitas operatur, eo erit meritum operis praestantius caeteris paribus ex pte influxus charitatis, q uerissimum esse non solum conuincitur ex authorit.e S. thomae hic citatis, sed multo magis ex testimonijs scripturae sacrae, et sanctorum patrum, quibus manifeste docemur actus fidei ut fidei sunt, habere spetialem rationem laudis et meriti apud Deum praeter illam, quam a charit.e participant, et idem e de alijs uirtutibus, et quidem de fide pt hoc genes. 15. credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad iustitiam, quem locum uersans Apostolus ad Ro. 4 ait credenti autem in eum qui iustificat impium reputatur fides eius ad iustitiam sm propositum gratiae Dei, ubi pro magna mercede et remuneratione fidei, ~~[illegible]~~ ponitur iustitia, quam consequitur ~~iustificatio~~, beatificatio, et gloriae incrementum sm expositionem B. Chrys. hoc autem praemium dicitur corespondere fidei sm propositum gratiae Dei, id e sm promissionem et pactum fundatum in gratia unde Christus dnus in praemium fidei promittit beatitudinem Math. 10. dicens omnis qui confitebitur me coram hominibus (scilicet per fidem) confitebor et ego eum coram patre meo qui in coelis est, et Joannis 20, beati qui non uiderunt et crediderunt, et Pau. ad Hebr. 11. miris encomijs laudans fidem antiquorum patrum concludit per fidem adeptos fuisse repromissiones, negari igitur non potest huius uirtutis actus esse habere magnum meritum + apud Deum supposito fundam.to gratiae et charitatis, similiter loquitur scriptura de spe tum alias saepe, tum max.e ad Hebr. 10. dicens nolite amittere confidentiam uestram, quae

(marg.) + [v]itae aeternae

magnam

magnam habet remunerationem, De similit^r quoque, mansuetud^e, patientia, misericordia et
alijs huiusmodi virtutib^s notissimum est ex sacris litteris promissam esse a Deo vitam aeternam et
incrementum eius pro actib^s ~~illarum~~ illarum. Sed alijs locis innumeris omissis satis esse poterit sermo quem
Christus d^nus initio suae praedicationis habuit in monte dicens Math. 5. qm ipsorum est regnum caelorum, beati mi
tes qm ipsi possidebunt terram etc. quo in loco paupertas, mansuetudo, temperantia, patientia, misericordia
et iust^a beatificantur non alia ratione nisi qz per actus istarum virtutum meretur ususq aeternam beatitud^e
et eius aug^m, magis aut min^s s^m qualitatem uniuscuiusque virtutis. Und^e in die iudicij Math. 25 pro operib^s misericor
diae retribuet D^s gl^iam caelestem dicens, Venite benedicti patris mei percipite regnum, q^d vobis paratum est
ab orig^e mundi, esurivi n. et dedistis mihi manducare, sitivi, et dedistis mihi bibere etc^a repugnant g^o apertis scrip
turis qui dicunt nihil amplius gloriae dari pro actib^s aliarum virtutum quam pro solo actu charitatis, ac proinde
certa fide tenendum est pro qualit^e virtutis praestantioris aut min^s praestantis futuram esse gl^iam maiorem aut
minorem caeteris parib^s ex parte charitatis, Sic e^n m^e explicat Greg. illud ps. Tu reddis unicuique s^m opera
sua, circa quem locum ait ille super ps. 7. penitentiali, in eo n. q^d s^m opera dicitur, ipsa operum qualitas intel
ligitur, ut cuius apparuerint bona opera, eius sit, et retributio gloriosa. Si pro qualitate operum danda est retribu
tio gloriosa teste D. Greg^o, tanto procul dubio erit retributio gloriosior quanto fuerit qualitas operis excel
lentior, alias nulla esset inaequalitas operum, et meritorum praeter eam q^e ex maiori vel minori intens^e charit^s provenit
q^d quam sit falsum, et repugnans ecclesiasticae traditioni statim dicemus.

¶ De septimo paradoxo.

Dogma istud expresse damnatur in Concilio Thelensi sub Siricio Papa c^a Iovinianum haereticum, et
sequaces, qui asserebant nullam esse inaequalitatem meritorum, sed aeque bonum esse coniugium atque
virginitatem, et posses^m rerum temporalium non esse minoris meriti, quam earundem renuntiat^e, totum hoc
damnatur anathemate in illo Concilio ubi inter alia dicitur. Agrestis ululatus est nullam virginitatis gratiam,
nullum castitatis ordinem reservare, promiscue omnia velle confundere, diversorum gradus abrogare meri
torum, et paupertatem quandam caelestium remunerationum inducere, quasi Christo una sit palma quan
tributa, ac non plurimi abundent tituli praemiorum, et variis iure laudantur bona uxor, sed melius pia
virgo praefertur. Ad idem spectat quod Siricius Papa in epistola ad ecclesiam Mediolanensem
damnans eundem Iovinianum definit virgines praeferendas esse coniugibus, hoc ipsum definitum
fuerat antea in Concilio Gangrensi canone 9 et in Concilio Carthaginensi. 1. c. 3. et longe post hoc ipsum
confirmat^r in concilio Florentino^,, in decreto,, super ~~Decreto~~ unione Armenorum his verbis. Sicut virginit^em viduitati, ita nuptijs
castam viduitatem laude ac merito praeferendam esse censemus. Sed latius rem hanc prosequitur Divus Hiero
lib. 2° adversus Iovinia. multis scripturae testimonijs ostendens inaequalia futura praemia aeternae beatitu
dinis s^m inaequalitatem meritorum, hanc v^o inaequalitatem meritorum non solum ex inaequali actus charitatis
intens^e sed multo magis ex inaequali perfec^e virtutum, et operationum sumendam docet. Und^e ait melius esse
et magis meritorium ieiunare, quam cibum sumere delicatum, virginit^em servare, quam ducere uxorem,
renuntiare temporalibus quam divitijs incumbere, praedicare quam civiles causas tractare, et sic de
alijs, quod intelligendum est per se loquendo, et caeteris parib^s ex parte charitatis, obedientiae et aliarum
circumstantiarum, et libro c^a Vigilantium docet idem D. Hiero. longe praestantius et Deo gratius esse renun
tiare temporalibus rebus per voluntariam paupertatem, quam eas retinere pro eleemosynis faciendis.
Hoc ipsum expresse docet D. Aug^s de ecclesiasticis dogmatib^s dicens bonum est facult^es cum dispensat^e paupe
rib^s erogare, melius est pro intent^e sequendi d^num insimul donare, et absolutum in sollicitudine egere
cum Christo. eandem prorsus ~~confirmat~~ confirmat sent^am ~~confirmat~~ idem Aug^s ser^e 59 de verbis d^ni ubi explicans qua rat^e
futura sit inaequalis merces, in aeterna gl^ia seu vita aeterna, inquit, alio m^o lucebit castitas coniugalis
alio m^o lucebit integritas corporalis, alio m^o lucebit fructus boni operis, alio m^o corona passionis, et in
libro de sancta virginit^e c. 44 ait virginitatem sanctam praeferendam esse in caelo castis nuptijs sicut
fructus centenus praefertur triceno et loquitur expresse quoad gl^iam essentialem et per se loquendo sive
caeteris paribus, subdit n. q^d uxor obediens praeferetur virgini minus obedienti, quod non potest intelligi quo
ad gl^iam accidentalem, quae est laureola virginitatis, illa n. nullatenus dabitur mulieri coniugatae
sed nec^o debet intelligi de gloria essentiali, quae utrique potest convenire, et lib. 1. de civitate Dei docet
idem Aug^s magis meritorium esse in ord^e ad vitam aeternam pascere esurientem vivum quam sepelire
mortuum. hoc etiam supponit tamquam certissimum Divus Greg. 19 moral. c. 11 dicens, Quis ignoret
esse boni operis meritum mortuum sepelire. et tandem cuidam, qui ad sepeliendum patrem se

dimitti

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

simili prosequebatur dictum est, sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade et annuntia regnum Dei, postponendum namque erat obsequium suis mortuis exij ~~aliqui~~ officio praedicationis &c.

Ad idem spectat quidem Gregor. sup. pr. 7. pondere dixit s[ecundu]m diversam qualitatem operum diversam etiam fore gloriae retributionem, pro qualit[ate] singularum ipsorum operum, et non tantum pro intens[ion]e charitatis ex qua fiunt. Nec aliud voluit B. Ambrosius lib. 2. de vocat. gentium c. 10. dicens, per laborem operationum, per instantiam supplicationum, per exercitia virtutum fieri incrementa meritorum. Sed iam scripturas agamus.

In primis virginitatem praeferendam esse coniugio manifeste docet Paulus 1. Cor. 7. qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, et qui non iungit melius facit. de renuntiatione quoque et abdicatione rerum temporalium quod sit quid perfectius et melius quam dominium, et possessio Christus ipse Math. 19. si vis perfectus esse vade, et vende omnia, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in coelo, et veni, et sequere me, et paulo post, omnis qui reliquerit domum aut fratres, aut sorores, propter nomen meum centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit, ubi luce clarius constat renuntiationem temporalium commendari tanquam opus perfectum, et supererogationis, eique promitti ~~[illegible]~~ praemium exuberans nomine centupli designatum. Similiter de opere praedicationis quod sit maioris meriti de se quam civiles causas tractare manifeste constat ex Pau[lo] cum enim dixisset 1. Cor. 12. aemulamini charismata meliora, non multo post cap. 14. dicit, aemulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis, et paulo infra, volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare, nam maior est, qui prophetat, quam qui loquitur linguis &c. et in c. 1. eiusdem ep[isto]lae dixerat se non fuisse missum ad baptizandum sed ad evangelizandum quasi ad aliquid melius et excellentius. Sed magis generaliter quod quaedam opera esse meliora et magis meritoria apud Deum ex proprio genere, quam alia. quia 1. Cor. 3. docet Apostolus supra fundamentum Christi quosdam aedificare aurum alios argentum, alios lapides pretiosos, ubi sermo est procul dubio de iustis bene operantibus, et aperte dicitur inter eos merita esse magnam inaequalitatem, non tantum penes intens[ionem], et conatum quo operantur sed etiam penes varia genera operum, si enim ~~[illegible]~~ tantum esset sermo de varia intens[ione] actus charitatis non compararet merita inaequalia tam diversis metallis, sed diceret quosdam aedificare aurum pretiosius quam alii, cum vero dicat alios aurum, alios argentum, alios lapides pretiosos aedificare non dubium tam vario metallorum genere designari diversa genera bonorum operum, quorum quaedam sint ex proprio genere meliora, et magis meritoria quam alia. Hoc idem insinuavit idem apostolus 2. Cor. 11. dum ait. ministri Christi sunt et ego, ut minus sapiens dico, plus ego, in laboribus plurimis, ~~in laboribus~~ in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter &c. ubi commendat suam sanctitatem, et merita propria ex conditione, et qualitate operum, in quibus pro Christo versatus fuerat. Accedit quod idem Pau[lus] 1. Cor. 12. comparat ecclesiam corpori humano, quod varia habet membra et unum perfectius alio s[ecundu]m diversa munia ad quae ordinatur, licet omnia eadem anima vivificentur, ita inquit, multi unum corpus sumus, singuli autem alter alterius membra. diversa scilicet, et inaequaliter perfecta propter diversa officia virtutum, licet omnia eodem charitatis spiritu vivificentur. Ad idem pertinet quod 1. Cor. 15. videtur explicare hanc inaequalitatem meritorum, inquit, non omnis caro eadem caro sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia piscium, quasi dicat quod sit ex propria ratione et conditione ~~perfecta~~ est perfectior una caro quam alia ita etiam unum genus vitae studiosae est perfectius, et magis meritorium quam aliud ex propria ratione, et non solum ex intens[ione] charitatis imperantis, et moventis alias virtutes ad operandum. Huc etiam spectat parabola seminis evangelici quod cecidit in terram bonam, et attulit fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum Math. 13. ubi per fructum centesimum intelligitur praemium pro hoc debitum sacrae virginitati per fructum sexagesimum intelligitur gloria debita viduis, et continentibus, per fructum tricesimum intelligitur gloria debita coniugatis ut exponit D. Hieron. super Matheum, et lib. 2. adversus Iovinia. Aug. de sancta virgi. c. 44. quos alii patres, et expositores communiter sequuntur. Est igitur contra unanimem sensum sanctorum patrum et contra definitionem Concilii Florentini supra citati, immo et contra apertas scripturas sacras dicere quod inter ex opera virtutum a charitate imperata nulla alia est inaequalitas ad effectum merendi vitam aeternam praeter eam quae ex maiori, vel minori intens[ione] charitatis imperantis provenit, ac proinde nullatenus ferenda videtur sententia, quae id asserit, sed publico ecclesiae decreto esse ex scholis, et ex ipsa ecclesia catholica eliminanda.

De octavo paradoxo

Non erit quod multum immoremur in confutatione huius dogmatis et sequentium, nam ex superioribus abunde manent confutata. Sed illud specialiter addendum videtur, quod aures piae et omnium fidelium exhorrent audire non esse maiori gloria dignum mori pro Christo, quam dare potum aquae pauperi caeteris paribus ex parte actus charitatis quo movetur quis ad huiusmodi opera, nec esse sanctiorem qui posuit se

et

qui postquam se et omnia sua retulit in Deum ex charit.e oblata occas.e ex vi illius relationis cum non teneretur mori acceptat mortem pro Christo sine novo actu elicito charitatis, quam alter qui cum eadem intens.e charit.is retulerat se et omnia sua in Deum, et oblata eadem occas.e moriendi se abscondit, interim v.g. dedit potum aquae pauperi ex vi praecedentis relationis, quasi et omnia sua retulerat in Deum, certe sm̃ istum auctorem utorque illorum erit aeque sanctus et Beatus in caelo, sed reclamat consensus fidelium, et pia mens respuit tam impium dogma cum videat ecclesiam singularem venerat.e extollere martyrij merita, et martyrium triumphales coronas, nec mirum qr. Xc etiã dnus singulariter illos commendat, et honorificat, dicens, Math. 10. omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui in caelis est. et Joa. 15. maiorem charit.e nemo habet, quam ut aiam suam ponat quis pro amicis suis.

¶ De nono paradoxo.

Quae adversus septimum paradoxum diximus pro huius confutat.e sufficiant, sancti quippe et Concilia &. adducta ex professo damnant doctrinam hic traditam quantum attinet ad virginitatem et voluntariam paupertatem, et contra illam inducunt idem sancti testimo.a Scripturae, quae iam retulimus ut pr.e B. Hiero. in illo libro 2.o adversus Jovinia. saepe citato, et ex alijs patrib., quibus consentiens Concilium Trident. sess. 24. cano. 10 definit in hunc modum. Si quis dixerit non esse melius, ac beatius manere in virginit.e aut caelibatu quam iungi matrimonio anathema sit, maiori igr beatitud.e huic gl.ia essentiali digna e virginitas quam coniugium sm̃ fidem Concilij Trident. atque adeo error e apertus oppositum docere prout docet ipse auctor.

¶ De decimo, et ult.o paradoxo.

Contra hoc paradoxum satis superque dictum est in confutat.e trium prior.. Si n. verum est q. hic dicitur gl.iam essentialem, qr per modum mercedis et stipendij dabitur pro bonis nostris operib., commensurandam esse adequate soli actui intensiori charit.is, quem iustus habuit in tota vita, nulla habita ratione aliorum bonorum operum efficitur necessario, aut alia bona opera non fuisse meritoria augmenti grãe, et gl.iae essentialis, aut certe plura merita irremunerata manere, quorum utrumque erroneum esse abunde osten dimus in superioribus, und.e non opus est nobis alijs argumentis ad hoc ultimum paradoxum confutandum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

¶ De alijs paradoxis eiusdem auctoris.

Praeter ea, quae de meritis et bonis operibus iustorum diximus, habet etiã auctor praedictus tria alia paradoxa quae non minus videbuntur fortasse absurda, et improbabilia, quam superiora.

1.m 1. in Sacro euch.e manere idem numero esse substantiale, quo antea ~~substantia~~ subsistebat substantia panis et vini licet non maneat ipsa subst.a, seu essentia panis aut vini, ita docet 1. p. q. 4. ar. 2. dub. 2. ad 2. sed oppositum definitum apparet in Trid. sess. 13. cano. 2. ubi dicitur totam subst.am panis, et vini converti in corpus et sanguinem Christi manentibus dumtaxat speciebus huius accidentibus, cum q. esse substantiale non sit accidens sed potius pertineat ad complementum ipsius subst.e, et in genere substantiae ponatur sub illi reduc tive nulla ratione stare pt cum definit.e Concilij q. maneat &. Confir. qr alias concedendum erit haereticis non fuisse destructum esse panis et vini ex quo facile colligerent illi panem et vinum habere huc esse vere et realiter, q. directe e. c.a fidem.

2.m 2.m Peccator per contrit.ẽ 1.am quasi converti in Deum satisfacit ex iustitia vere et proprie pro culpa mortali et paena aeterna. ita ille. 1. p. q. 2. in fine, q. in eum sensum acceperunt aliqui eius discipuli ut remissio culpae mortalis efficiatur debita peccatori ex iustitia non minus quam vita aeterna debetur iusto pro meritis ex gratia et charit.e praecedentibus. sed haec sent.a directe repugnat Paulo ad Ro. 3. et 5. dicenti nos iustificari gratis, h. n. ex debito iustitiae remittit Deus peccata pro contritione non gratis sed ex operibus iustificamur, repugnat etiã Concilio Trid. sessio. 6. c. 14 ubi expressis verbis definitur nos non satisfacere pro paena aeterna quae simul cum culpa remittitur gratis, intendit ergo concilium definire remissionem culpae non dari ex debito iustit.e per modum satisfactionis sicut nec per modum meriti.

3.m 3.m Deus ante praevisum usum liberi arbitrij praedeterminavit ab aeterno efficaciter pt̃a mea pro mali, et quoad

bonum

situm post tnium eorum ad collig. ex eius doctrina 1. p. q. 23 ar. 3. et infra sæpe. Sed apparet plus nimio fauere Caluino, et alijs hæreticis facientibus Deum causam peccatorum meorum, unde damnatum videtur expresse hoc dogma in Concilio Arausicano. c. 25. ubi dicitur cum omni detestatione anathema dicimus in eos qui asserunt aliquos esse ad malum diuina potestate prædestinatos. et idem definitum est in Tridentino sess. 6. can. 17. eisdem fere verbis. certe si Deus potentia sua vere prædefinit, et præmouet efficaciter voluntatem peccatoris ad actum particularem qui non potest fieri absque peccato nihil deesse videtur quominus vere sit causa peccati simpliciter, et absolute. cum hoc sit impium concedere illud est non longe est ab eadem impietate.

a Juan de alarcon para que tome de ... [illegible]

Al S.or ... [illegible]

para que vos mandamos en lo ...

... Juan de ... [illegible]

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

278

+

Al P.e Ant.o de Borja ~~Visitador~~

Paradoxa quae notantur in libris patris Bañes dominici.

censuras de algunas propositiones del P.e Bañes.